



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 10. Francofordiensium Comitiorum initia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. ciliandi ageretur, quam ob caussam quos-
 A C 1442. dam Episcopos, aliosque Viros dignitate
 conspicuos nominabat, qui tam Eugenii
 Papæ, quam Basileensium Oratores ex-
 ciperent. Synodi Patres in omnibus
 urbis Ecclesiis preces decreverant, qui-
 bus optatus rei exitus a Deo obtineretur.
 Felix quoque præcepit, ne durante hoc
 conventu Basileenses cujuscunque rei ne-
 gotium pertractarent; verebatur enim,
 ne quicquam statueretur, quo acrius Prin-
 cipum indignatio in eos accenderetur.

§. X.

Francofordiensium comitorum initia.

Die vigesima septima Maji Basileen-
 sium Oratores Francofordiam delati,
 a Magistratibus urbis humaniter quidem
 excepti sunt, neutquam tamen eis con-
 cessum, ut se Apostolicæ Sedis Legatos
 nominarent, aut hujus prærogativæ in-
 signia deferrent. Eodem die Imperator
 urbem suo quoque adventu honorabat,
 comitantibus eum S. R. I. Electoribus,
 Moguntino, Colonensi, & Trevirensi, Co-
 mite Palatino, Saxoniæ Duce, pluribus
 que aliis Principibus. Prohibuit Fride-
 ricus, ne sibi Basileensium Oratores ho-
 noris gratia obviam procederent, aliquot
 tamen post ejus adventum diebus, illis
 ad alloquium admisis, literas tam Syno-
 di

di quam Felicis ad se delatas recepit. *Sæcul. XV.*
 Ceterorum nomine perorabat Panormi- *A.C. 1442.*
 tanus, Cæsarem rogans, ut justitiam, &
 Ecclesiæ libertatem tueretur, ejusque
 Protectorem sese exhiberet. Cui Fride-
 ricus in responsis dedit, sibi quidem nil
 antiquius esse, quam Ecclesiæ bonum
 procurare, ideoque se Principum comi-
 tia convocasse: verum oportere eos pau-
 cis adhuc diebus congregatorum senten-
 tiā præstolari; instare enim itineris
 necessitatem, quo Aquisgranum ad fusi-
 piendam Imperii coronam ire cogeretur,
 nihilominus se absente posse Basileenses
 æque ac eorum adversarios jura sua ex-
 ponere his, qui ad hoc negotium consti-
 tuendi essent.

Deputati, quos Eugenius miserat, e-
 rant Joannes Carvajalus, Nicolaus de *Acta Patric.*
Cusa, & Jacobus Ferrariensis, quos pari- *to. 13. Conc.*
 ter Imperator in Ecclesia Sancti Fran- *p. 1602.*
 cisci ad alloquium admisit. Hi Eugenii
 literas porrigentes Cæsarem hortati sunt,
 ut Basileæ congregatos dispergeret, o-
 mnesque Fideles compelleret, ut ad uni-
 cum, verum, & minime dubium Pontifi-
 cem redirent, eique debitam obedientiam
 deferrent. Quo sermone finito, quidam
 Basileensium Legatus Cæsarem rogavit,
 ut prius suos quoque Collegas audiret,
 antequam Eugenii Oratoribus responde-
 ret, sed Carvajalus hujus verba excipiens
 repo-

Sæcul. XV. reposuit, iniquum esse damnatos, & schismaticos audire, si vero iis, quæ præponere cupiunt, aures præberi vellent, Joannem de Segovia, ejusque socium advo-
A.C. 1442. carent, tuncque responsum illis esse dan-
 dum. Hosce Delegatos, totumque ne-
 gotium Cæsar ad illos remisit, quos ad
 discutienda eorum jura nominaverat.

§. XI.

Fridericus Aquisgrani coronatus.

Cuspinian. **de Cæsar.** **in Frid. III.** Sub idem ferme tempus Fridericus A-
 quisgranum profectus est, coronam Im-
 perii suscepturnus, quam decimo septi-
 mo Junii a Theodorico Colonensi Archi-
 episcopo accepit. Referunt Historici, ac-
 cessisse quoque ad hæc solemnia Ludovi-
 cum Cardinalem Arelatensem, sed a
 Joanne Heinsbergio Leodiensi Episcopo,
 qui Eugenio adhærebat, fuisse repulsum,
 atque e civitate abire jussum. Oblucta-
 batur etiam Joannes, ne ullus Cardinali
 honor exhiberetur, Colonensis tamen
 Archiepiscopus tumultum sedabat.

§. XII.

*Basileensium Oratores tandem
 auditi.*

Patric. 1601. Cum interea Cæsar absens esset, Augu-
 stanus, & Chiemensis Episcopi, Mar-
 chio